

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

V

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

ria infestantes, navigationem redderent periculosa. Vide Tyria maria excitare, proverbialiter dicitur pro eo quod est, Ingentes tumultus commovere. Vide Adagia Erasmi.

Tyrhenos. [Tyrhenos. Germ. Bäder in Italia suat Iostaner genant.] Romani Hetrucos appellant, atque Tuscos: hoc est, quicquid est popularu in Italia, inter Macram, & Tiberim fluvios. Greci vero hoc eos nomine nominarunt à Tyrhenio Atyos filio, qui è Lydia colonos in hanc regionē deduxit. Atys enim ex prognatis Herculis, & Omphales unus, quū sterilitate ac fame populum suum emittete cogeretur, è duobus filiis, forte facta, Lydum quidē regni successoriē tenuit: Tyrhenum autem cū bona populi parte ad querendas novas sedes emisit: qui quum post longos errores in mari ora sedes fixisset, totum cum tractum de se Tyrheniam, & mare ipsum Tyrhenū appellavit. Virg. lib. 7. Aen. Primus inquit bellū Tyrhenū asper ab oris Contemptor divūm Mezentius, &c. Tyrhenum mare, *Virg. lib. 7. Aen. 1.* Stephano. Mare inferum est: ita dicitū quōd Tyrheniam: hoc est, Tusciam alluat: unde & Tuscia dicitur. Vel à Tyrhenis nautis, qui se in hoc mare precipitaverunt. Nam hoc habet fabula: Dormientem in litore Liberum patrē adhuc puerū nautas abstulisse Tyrhenos: qui quū esset expectatus in navi, quō duceretur interrogavit: responderunt illi, Quōd vellet. Liber ait: Ad Naxam insulam sibi sacratā. Sed quū aliōd vela desisterēt, iratum numē tigris sibi sacratas visibus eorū objecit: quo terrore se illi in fluctus dedere precipites. Hæc Servius in illud Virg. lib. 1. Aeneid. Gens inimica mihi Tyrhenum navigat & quor.

Tyrheus. Tyrhei, *Virg. lib. 7. Aen. 1.* Latini regis armeniarum, cujus servus mansuetus ab Alcani comitibus occisus, primam belli causam præbuit inter Trojanos & Latinos.

Tyrhides. pen. prod. patronymicum. *Virg. lib. 7. Aen. 1.* Ceruus erat forma præstanti & cornibus ingens, Tyrhides pueri quem matris ab ubere raptum Nutribant, Tyrheusq; pater, cui regia patent Armenta, & latē custodia credita campi.

Tyrsera. *Virg. lib. 7. Aen. 1.* Vids *Virg. lib. 7. Aen. 1.* (videtur legendum *Virg. lib. 7. Aen. 1.*) id est, Samnitum Gent Tyrsetinæ.

Tyræus. *Virg. lib. 7. Aen. 1.* Archimbroti filius, Poëta Atheniensis fuit: aut prali malum Mæcius, Elegiarū scriptor, & tibicen egregius: quē Lacedæmonii oraculo monitū ut peregrinum ducē sibi adificeret, adversus Mæcenios pugnaturū, sibi præfecerūt. Quo in prælio Tyræus carminibus suis, tibiaq; modulis ita animos eorū inflammavit ut Athenienses insignem illam victoriam quā eo die adepti sunt, Tyræo acceptam referrent. De hoc Varo in libris de Legibus: O divine Poëta Tyræe (inquit) sapiens certe ac bonus nobis esse videris: quia excellentibus es extraliti laudibus, qui in bello excelluisti.

Tyrus. (ut inquit Iustinus lib. 18.) Fuit nomen proprium patris Didonis, qui ab aliis Belus vocatus est.

Tysaphernes. sive potius Tissaphernes, *Herodotus lib. 5.* Persarum Satrapa fuit, qui Cyrum minorē apud Artaxerxem fratrem criminando, causa exitit ejus belli, quōd postea inter fratres emerit. Occisus tandem fuit ejusdem Artaxerxis jussu, quōd in Asia rem gerens adversus Agésilauum, omnia prodione agere videretur. Vide Xenophontem rerum Græcarum lib. 4. & de Cyni minoris expeditione lib. 1.

Tyllas. sive potius Tylas, *Herodotus lib. 1.* Rhetor fuit Siculus, qui primus post Coracem dicendi præcepta condidit. Autor Cic. 1. de Invent.

Tytygius. *Herodotus lib. 1.* Latio fuit & plagiarius in Arcadia, qui res alienas, quas fuito abstulerat, venditabat: eorū questu dives factus est. Zenodorus apud Erasmus in Chlidibus.

V



Acamana. Oppidum Hispaniæ Beticæ, in conventu Hispalensi, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Vaca. Numidiæ oppidum mediterraneum, emporium totius regionis maximè celebratum: quōd Metellus lagurtha ademptum præsidio firmavit. Autor Salust. in Jugurth. & Est item Vaca apud Plin. libro 4. cap. 21. Lusitanis fluvius, inter Mundam & Duriam, in Occidentalem influens Oceanum.

Vacæ. Populi mediterranei citerioris Hispaniæ, Duria amne ab Astibus secreti. *Herodotus lib. 4.* cap. 20.

Vaccus. Fundanorum dux fuit, qui in Privernati bello à L. Papyro captus, rebellionis suæ poenas dedit. Cic. pro Dom. Julia Vacci prætoris domus fuit M. Vacci, quæ publicata est & evicta, ut illius facinoræ memoria & nomine loci notaretur.

Vacorum. [Vaccorum. Germ. Bäder.] Urbs Nonici apud Ptolem. lib. 2. cap. 14.

Vacūna. pen. prod. à vacando dicta est dea, quæ præesse vacantiis, & otiosis putabatur. [Germ. Ein Odium der Müßigkeit.]

Valerius. cui, quum agricolæ à laboribus rurs vacarent, ut post perceptos fructus requiescerent, per hyemem vota solvabant, & sacrificabant. Ovid. 6. Fast. Nam quoq; quum sunt antiquæ sacra Vacunæ, Ante Vacunalis flantque sedentque focos. Hæc in agro Reatino insignia habebat: nemora, quorū meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Vadimonis. Lacus in Umbria est, non procul ab Amerina, opacam habens sylvam sibi innatantem, quæ nunquā die ac noctu eodem visitur loco. Autor Plin. lib. 2. cap. 95. Hujus item lacus meminit Plin. Junior in Epist. Exegerat (inquit) focer meus, ut Amerina sua prædia inspicere: hæc perambulanti mihi ostenditur subjacens lacus nomine Vadimonis.

Vageni. Populi inter Alpinas gentes ex Catungibus oriundi. Plin. lib. 3. cap. 20. Inter Alpinas gentes finitimi Centrones, & Cottianæ civitates, Catunges, & Catungibus ori Vageni, Ligures. Silius: Tum pernix Ligur, & sparsi per saxa Vageni.

Valliscæ. teste Volaterrano, Regina Bohemorum fuit, cujus ductu ejus regni mulieres occisæ viris sese in libertatem assuerunt, & sine viri adminiculo regnum multos annos administrarunt.

Valentia. [Vulgò Valente. Germ. Valentia] Urbs in Brundisina, am Rhodan. Valentia, Urbs est insignis citerioris Hispaniæ, tribus milibus passuum à mari remota, ut autor est Plin. lib. 3. cap. 3. & Ptolem. lib. 2. cap. 6. & Pompon. Mela lib. 2. & *Virg. lib. 2. Aen. 1.* Valente. Est etiam ejus nominis oppidum inter Allobroges subter Viennam ad Rhodanum, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

Valerius. Nomen proprium Messalarum sororis, quæ amisso Servio viro, quum rogaretur cur alteri non nuberec, ait. Sibi semper maritum Servium vivere.

Valerius. [Germ. Valerius] Regio in ultima Germania versus Orientem, quæ hodie Syria vocatur, ut placet Aeneæ Sylvio.

Valeria. *Virg. lib. 2. Aen. 1.* Oppidum Hispaniæ Tarracensis in tractu Celtiberorum, cujus meminit Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hinc Valerenses populi. Plin. lib. 3. cap. 3.

Valerius. *Virg. lib. 2. Aen. 1.* Cognomento Publicola, Junii Bruti in primo Consulatu collega, in Tarquinii Collatini locū successit. Hic primū de Veientibus iterum de Sabinis: terrō de utrisq; triumphavit. Deinde quū domum in Velia rusticissimo loco haberet, in suspicionem regni venit. Quo cognito, apud populum conquestus est, quōd tale aliquid de se tumisset, & misit qui domum suam diruerunt. Secures item fratribus dempsit, eosq; in populi concione submittere legem de provocatione ad populum tulit. quapropter Publicolæ nomen accepit. Hic quū diem obiisset, publicè sepultus est: annuo matronarum luctu honoratus est. Hæc Plinius. Cæcilius de viris illustribus. Autor est Plurarchus in vita ejus, hunc quadriga primū in triumpho vectum fuisse, sine ulla invidia: præterea collega Bruto honores funusq; curasse: funebremq; orationem de ipsius laudibus habuisse, quæ adeo jucunda fuit Romanis, ut ex eo consuetudo maneret, ut qui strenuè pugnao occubissent, ab optimatibus laudarentur. & Valerius M. Publicolæ frater, Consul unā cum Posthumio Tuberto factus, se contra Sabinos profectus, rem feliciter fratris auspiciis & administratione gessit. Ex quo publicè ei domus edificata, cujus fores extrosam honoris gratia aperiebantur, quum cætera introsum aperirentur. & Valerius Corvinus Tribunus militum, qui quum sub duce Camillo reliquias Senonum persequente, adversus Gallum provocatorem solus processisset, corvus ab ortu Solis galeæ ejus insedit, & inter pugnandum ora, oculosq; Galli verberavit: unde hoste victo, Valerius Corvinus dictus fuit. Hic quum ingens multitudo ære alieno oppressa, Capuam occupare tentasset, & duces sibi Quinimum necessitate magna compulsum præfecisset, sublato ære alieno seditionem compressit. Hæc Cæcilius Livius verò libro 7. Decad. 1. hæc addit, de Samnitibus eū triumphasse: sexies Consul fuisse, hostes T. Manlii morte exultantes compressisse. Vixit, teste Valerio, corporis & animi viribus integris annos centum. & Valerius Poitius, post Decemviralem invidiam, plebem in Patres incitavit, legibus & concionibus suis mungavit. Unde Potiti cognomen adeptus. Primus quoq; Consul post Decemviro, quū Volcos, Aequosq; ad Algidū magna laude debellasset, triumphus ei à patribus negatus fuit. Sed suadente Iulio Trib. pleb. primus sine autonitate Senatus triumphavit eū collega suo M. Horatio. Quamobrem Maximus cognomen adeptus est, quod nemini à Senatu præterquam Fabio Maximo concessum est, ut scribit Plutarchus. & Valerius Levinus Consul, cum Pyrrho prælio congressus in Lucania infeliciter pugnavit. Iterum postea Consul Agrigentum adversus Pœnos missus, superato Hannone duce Carthaginensium oppidum in potestatem recepit: Senatum secuti percussit. & Alter Valerius Levinus contra Philippum Macedoniæ regem feliciter bellum gessit, teste Livio lib. 7. bell. Pun. 2. & Valerius Flaccus, M. Catonis familiarissimus, eundem ex

agro Tusculano ad Rempub. adduxit, pariter & instruxit, ut ait Plutarchus. Consul cum eodem Catone circa Mediolanū, ut Livius testatur, cū Gallis & Insubribus & Boiis collatis signis pugnavit, ubi decem milia hostium sunt caesa. Causam mulierum de abroganda lege Oppia contra collegam suam Catonem obtinuit: qua de re vide apud Livium elegantes uniusq. orationes libro 4. belli Maced. Valerius Soranus poeta, quem Cicero in libris de Orator. doctissimum togatorum appellat: Plutarchus Philosophum fuisse asserit, Pompeii iussu interfectum. Valerius Antias, antiquissimus historiarum scriptor, qui non raro à Livio, aliisq. citatur. Valerius Procellus militavit sub Caesare in Gallia: à quo etiam missus est legatus ad Ariovistum, ut est in Commentariis Caesaris. Valerius Maximus historicus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberii Caesarem. Militavit sub Sexto Pompeio, ut ipse de se testatur, ubi de institutis antiquis loquitur. Valerius Flaccus, Poeta, scripsit Argonautica. Quintilianus eum sua aetate fuisse testatur, his verbis: Multum in Valerio Flacco super amissimus. Valerius Martialis, epigrammaton scriptor. Valgius, illustris fuit Romanus Augusti temporibus, qui de re herbaria volumen inchoavit: quod tamē morte preventus, reliquit imperfectum. Meminit eius Plin. lib. 25. cap. 2. Vallonia, Putabatur dea, quae Vallibus praerit. Siphontinus. Vandilia, [Saxonia. Ger. Wenden.] Regio Europae Septentrionalis, à Vandalo fluvio qui regionem interfluit. A qua populi Vandali immanes, ferocissimi, qui paucis ante annis, quam Gonthi Romam caperent, Gallias invadere: inde in Hispaniam, trajecto Pyrenaeo, penetrantes, loca circa Beticam, quae Vandalia ab eis dicta est, occuparunt. [Ger. Die Sphärischer die Wälder vnd Haglyng.] Vangiones, pen. corr. [hodie Vormacenses. Ger. Die Wälder im Westfälischen Wälder.] Populi sunt Galliae Belgicae Coloniae Agrippinae finitimi. Lucan. lib. 1: Et qui laeva unius ante Sarmatae brachis Vangiones. Meminit horum Cornelius Tacitus lib. 20. & Plin. lib. 4. cap. 17. Vardilli, [Saxonia. Ger. Wälder.] Hispaniae citerioris populi, in conventu Clunienfi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 3. Varius, Nomen poetae Tragicus, Virgili & Horatii amicissimi, unius ex illis, quibus Virgili Aeneis commissa est emendanda. Meminit eius aliquoties Horatius in Sermonibus. Varius Quintilianus, Nobilis Romanus, qui ab Augusto Germanico exercitus praefectus, ab Arminio dolo circumventus est, & cum tribus legionibus interfectus. Huius mortē dedit Horatius ad Virgilium scribens, lib. 1. Carm. Aliquoties eius meminit & Maro, praefertim 6. & 9. Aegloga. Varus, [Ger. Die Varus.] Fluvius est Galliam Narbonensem à Liguria dividens, à tortuosis alvei meandris ita appellatur. Vide Strabon. lib. 4. Varus Perseus posuit pro variis: geminos horoscope varo Productus genio est, vario & dissimili. Varro [Saxonia. Ger. Wälder.] Senator Romanus fuit, Ciceronis aequalis, non immodico à Quintiliano Romanorum omnium eruditissimus appellatur: ut qui plurimos, doctissimosq. scripsit libros peritissimus linguae Latinae, & omnis antiquitatis, & rerū Graecarum, nostrarūq. plus tamen scientiae collaturus quam eloquentiae: Cornutus in Persium, Satyr. 3: Varrones stultos dici putat, eamq. ob causam etiam servos militum Varrones dici scribit, quod utiq. sine stultissimi. Arbitror autem vocem Varro, idem esse quod Baro, de qua supra in dictione B A O. Vascōnes, pen. corr. [Saxonia. Ger. Wälder.] Populi citerioris Hispaniae quae in Gallicum & Britannicum Oceanum vergit, ad Pyrenaeum positi. Hi à Metello Romanorum duce obsessi, in tantam famem compulsi sunt, ut humana carne vescerentur. Iuven. Sat. 13: Vascōnes (ut fama est) alimentis talibus usi Producte animas. Vasio, onis, [Saxonia. Ger. Wälder.] Oppidum Vocontiorū, in Gallia Narbonensi: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 4. Pompon. lib. 2. & Ptolem. lib. 2. cap. 10. Vaticanus, pen. prod. [Saxonia. Ger. S. Peters Berg zu Rom.] Collis est non procul à Tiberi, supra molem Adriani, cōterminus Ianiculo, in quo Petri basilica est. Sic dictus, quod populus Romanus eo potius sit vatū responso, expulsi Helueticis, ut inquit Festus. Vel (secundum Gellium lib. 16. cap. 17.) à vaticinis, quae ibi dari solebant, vi atq. insinū dei Vaticani. Varro scribit Vaticanū deum in eo monte fuisse, qui insanius primam vocem daret, quae est va, quae prima in Vaticano syllaba est. Augustinus tamen vocat Vaginatum, tanquam insaniū vagitibus praesidentem. Prima huius nominis syllaba semper producit, secūda variatur, tertia semper producit. Iuven. Sat. 6: Et Vaticano fragiles de monte patellas. Horat. lib. 1. Carm. - ut paterni Fluminis ripae, simul & iocosa Reddet laudes tibi Vaticani Montis imago; De Vaticano agro, colle, & deo sic scribit Gell. lib. 16. cap. 17: Et agrum Vaticanum (inquit) & eiusdem agri deum praesidem appellatum

acceperamus à vaticinis, quae vi atq. insinū eius dei, in eo agro fieri solita essent. Sed praeter hanc causam Marcus Varro in libris rerum divinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut Aius, inquit, deus appellatus, atq. ei statuta est, quae est in infima nova via, quod eo loco divinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanae initia: quoniam pueri, simul atq. parti sunt, eam primam vocem edunt, quae prima in Vaticano syllaba est. Idcirco vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Haecenus Gell.

Vatinius, Nomen civis Romani contaminatissimae vitae, & profligatissimi pudoris: qui quum adversus Sestii telis productus esset, reumq. testimonio suo laesisset, in eū Cicero, qui Sestii defensionem susceperat, tam acerbe invehit, ut patet factis eius flagitiis in summū Romani populi odium pervenerit. Hinc factus est locus vulgi proverbio, ut Vatiniunt odiū, pro capitali, & implacabili odio accipiatur. Catul. munerē isto Odissim te odio Vatiniāno. Fuit & alter Vatinius Neronis tempore, sicut primū alumnus, postea Neronianae aulae ostentū, corpore detorto, facie scurrilibus, primū in contumelias assumptus: deinde optimi cuiusq. criminatioe ed usq. proventus, ut gratia, pecunia, vi nocendi, etiam malis praevaleret. Autor Tacitus lib. 13.

Vacrenus, Fluvius est in agro Forocornelensi in Padum decedens, à quo & amplissimum quoddam Padi ostium Vatrei portus appellatur. Autor Plin. lib. 3. cap. 16.

Vauina, Italiae civitas, Venetię propinqua, Ptolemao autore, lib. 3. cap. 1. Vulgō La Vina.

V ante B.

Vbi, [Ger. Die Wälder in Cölnen gegen.] Populi origine Germanici Rhenum fluvium, in ea parte Galliae Belgicae, ubi est Colonia Agrippinae. Plin. lib. 4. cap. 17. & Tacitus li. 1. & 20.

Vbisci, Aquitaniae populi, apud Plin. lib. 4. cap. 19.

V ante C.

Vcālegōn, [Saxonia. Ger. Wälder.] Vnus ex Trojanis proceribus, qui belli tempore, quod annis consecutus esset, proelio abstinuit, ut refert Homer. 13. Iliad. Virg. 2. Aeneid. iam proximus ardet Vcālegon. Quo in loco domini nomen figuratē pro ipsius edibus posuit.

Vcenni, Gentes Alpinae, Augusti auspiciis in Romanorum ditionem redacti: ut refert Plin. lib. 3. cap. 20.

Vcia, [Saxonia. Ger. Wälder.] Oppidum Turdetanorum, in Hispania Batica. Ptolem. lib. 2. cap. 4.

V ante D.

Vdini, Scythiae populi, ad Maeotidis lacus fauces incolentes. Plin. lib. 6. cap. 14.

V ante E.

Vēctis, [Saxonia. Ger. Wälder.] Insula est Britanniae ad Meridiē adjacentis, sicutq. ab ea admodū exiguō discreta, Huntonnae portum, quem Ptolemaeus Magnum vocat, obiectu suo adversus tempestates munitens. Hodie duo habet oppida, Novum portū, & Catholam. Plin. lib. 4. cap. 16. minus recte hanc insulam inter Britanniam & Hybernam collocat.

Vēctōnes, pen. prod. [Saxonia. Ger. Wälder.] Populi Hispaniae citerioris, ab Asturibus Durio amne discreti, teste Plin. lib. 4. cap. 20.

Vedra, Fluvius in latere Meridionali Britanniae insulae. Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vulgō Wēre.

Vegeti, apud Pomponium lib. 1. Ase populi, Marthanis, Capadocibus, Comagenis, & Armenis vicini, & nullo praeter ea Geographorum (quod sciam) commemorati.

Vegetius, Flavius Renatus, Comes Constantinopolitanus, floruit Valentiniani principis tempore. Scripsit Epitomen institutionum rei militaris, de commentariis Catonis, Augusti, Traiani, & Hadriani principū, ac Frontini. In primo libro electionem docet tyronum, ex quibus locis vel quales milites probandi sunt, aut quibus armorum generibus exercitus imbuendi. Secundus, veteris militiae continet morem, ad quem pedestris institui possit exercitus. Tertius omnium artium genera, quae terrestri praelio sunt necessaria, exponit. Quartus universas machinas, quibus vel oppugnantur civitates, vel defenduntur, enarrat: navalisq. belli praecipua subnectit. Ex Raphaelis Volaterrani lib. 21.

Veii, [Saxonia. Ger. Wälder.] Urbs fuit Etruriae, non procul ab urbe Roma, quam Camillus post decennalem obsidionē per cuniculos cepit. Tanta autem fuit urbis huius claritas, tanta situs opportunitas, ut Romani exulta, deformataq. à Gallis urbe, Veios potissimum delegerint, quod Romani imperii sedem transferret: à quo incepto gravissimis Camilli concionibus aegre sunt revocati. Huius incolae dicti sunt Veientes, Fabiorum clade notissimi.

Vejentanus, a. um, possessivum: ut Vinum Veientanum. Horat. li. 2. Serm. Satyr. 3: Qui Veientanū festis portare diebus Campana solitus trulla, yappamq. profectis. & Veientana gemma. Plin. lib.

Plin. lib. 37. cap. 10: Veientana Italica, gemma est, Veiiis reperi-
ta, nigram materiam distinguente limite albo. Meminit hujus
gemmae & Solinus ad finem octavi capitis.

Veiovis, Apud Romanos inter sinistra, seu noxia numina ha-
bebat, quem non auxili alicujus spe venerabantur: sed ideo
tantum, nequid ipsis noxae inferret. Hujus simulacrum effin-
gebatur spicula manu tenens, eaq; minaciter intentans. Vnde
quidam eundem cum Apolline esse putarunt, qui spiculis: hoc
est, radiis suis multa morborum genera immittit. Cic. 3. de Na-
tura deorum: Quid Vejovi facies? quid Vulcano?

Vel, dissyllabum, Libyae oppidum in tractu Garamantium. à Corne-
lio Balbo in triumpho gestarum ut refert Plin. lib. 5. cap. 5.

Velabrum, Vide in APPELL. VELVM.

Velauni, inter Alpinas gentes, Plin. commemorantur, libro 3.
cap. 29.

Vellia, *bellia* Stephano, Lucaniae oppidum, in sinu Praesano, con-
ditum à Phocelibus, antea Elea dicta: & incolae ipsi, Elea-
tae. Est praeterea Vellia Romae collis editior, in quo quum
Valerius, qui postea Publicola dictus est, domum aedificare
vellet, apud plebem in suspicionem venit affectatae domina-
tionis: quod in editiore loco veluti arcem quandam ad oppri-
mendam libertatem constitueret. Qua re intellecta Valerius,
postquam plebi in concione se purgasset, iussit materiam om-
nem ad radicem Velliae transferri, domumq; illam, quam in
summo colle instituerat, in imo Velliae pede aedificavit. Vide
Livium lib. 2. ab Urbe. Hunc autem collem dictum voluit Vel-
liam, quasi velliam, quod ibi pastores lanam vellere soliti fa-
ciunt. Vnde Vellinae adjectivum: ut Vellina regio, quae circa
palatium erat.

Vellius, item adjectivum, pen. prod. à Vellis Lucaniae oppido,
ut Portus Vellinus. Virgil. 6. Aen. - Portusq; require Vellinus.
Vellinus lacus, Plin. lib. 5. cap. 12, & Colum. lib. 8. cap. 16.

Vellitres, Populi Liguriae trans Alpes, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5.

Vellitres pen. corr. *bellitres* Stephano, Civitas insignis Volkcorum,
Ostaviæ gentis origine nobilitata, ut in Augusto testatur
Suetonius. Hujus incolae dicuntur Velliterni, qui à Romanis
olim subacti, bona agrum sui portione sunt multati. Scribit Dio-
nysius lib. 7. Vellinis adeo laxasse praesentiam, ut vix decima
partis civium superesset: quod damnum postea Romani missa
eo colonia sanxerunt.

Velocasses, Populi sunt Galliae Lugdunensis ad Ligerim flu-
vium, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Vellani, Populi Alpini, D. Augusti auspiciis in populi Romani
potestatem redacti, refertur Plin. lib. 3. cap. 20.

Venacium, pen. prod. *bellacium*, Civitas Campaniae abundans
oleis. Mart. lib. 13: Hoc tibi Campani sudabit bacca Venasti.
Horat. Catm. Ode 6. vitidique certat bacca Venastro.

Venacranus, adjectivum: ut Ager Venacranus, oleum Venacra-
num, quod & Venacranum dicitur absolute. Iuven. Sat. 5: Ipse
Venacranus piscem perfundi.

Venaria, Insula est in mari Tusco: ut scribit Plin. lib. 3. cap. 6.

Venedi, Populi feri, in Germaniae, & Sarmatiae confinio. Tacitus
de Moribus Germ.

Veneris portus, Locus est in Galliae & Hispaniae confinio, ubi
Pyrenaei montes juxta mare desinunt. Auctor Mela lib. 2: Ptole-
maeus ab insigni Veneris phano, *dephedione*, hoc est, Veneris
templum appellat.

Veneris pen. corr. *bellis*, *Veneris*, Ger. Die Benediger. Populi
sunt Italiae, ab Henetis Paphlagoniae populis, & Trojanis
oriundi, qui Troja eversa, cum magna manu Henetum duce
Antenore in inimicum maris Adriatici sinu pervenerunt, pulsique
Euganeis, qui inter Alpes & mare incolabant, eas occuparunt
terras: & ubi primum egressi sunt, oppidum condiderunt,
quod de nomine reliquae patriae appellaverunt Trojam, *cleni*.
Gens autem tota aspiratione in u consonantem commutata,
uno nomine Veneti appellati sunt. Horum regio Venetia di-
citur. Adriatico mari proxima, & à Padis fluminis ostiis post
Istnam usq; protensa insignes urbes habet, Veronam, Vicen-
tiam, Pataviam, & Venetias regionis totius caput. Sunt &
Veneti alii ex Binonum genere, in Gallia Lugdunensi, ad
Oceanum: quorum frequas mentio est apud Caesarem. Vul-
go *Venus*.

Venetia, *bellia*, *Venetia*, *Venetia*, Ger. *Benedig*. Civitas in-
signis in mari Adriatico, quam Veneti incolunt, quae anno à
natali Christi quinquagesimo quarto supra quadringentesi-
mum condita fuit, quo anno Attila rex Hunorum Aquileiam
evexit *bellia*.

Veneris, a, um, pen. cor. Quod è Venetiis est, *bellis*, ut Veneris
color, qui (ut ait Vegetius) caeruleus est, & marinis fluctibus
similis. Gall. *bleu*, de couleur bleu. Ital. *Color bianco*. Ger. *Him-
melstane* dact. Hisp. *Color de la mar, verde à pardo*. Pol. *Modrum*
farbi, Vng. *Velencz*, Ang. *Blue coloured*. A quo colore auri-
garum factio una in curulibus certaminibus Veneta nomi-
nabatur. Et qui eo colore induebatur, Venetiani dicebantur.

Veget. lib. 4. de Re milit. scribit exploratores in mari veste Ve-
neta esse induendos: & vela navium exploratoriarum colore
Veneto esse tingenda, ut similitudine coloris marini facilius
lateant, hostilesq; oculos fallant. Hic color etiam Thalassi-
cus: id est, marinus dicitur. Graeci enim *thalasson* mare appel-
lant. Vide ea quae supra annotavimus in dictione FERRV-
GINEVS.

Venilia Nympha, uxor fuit Fauni, & soror Amatae Latini re-
gis conjugis, mater Turni. Virg. 10. Aen. Cui Pilumnus avus,
cui diva Venilia mater, &c. Veniliam item antiqui Neptuni
conjugem appellarunt, à veniendo, inquit Varr. lib. 4. de Ling.
Lat. quam eandem & Salaciam appellaverunt, ad naturam mi-
rum maris respicientes, cujus fluctus modò ad terram veni-
ant, modò in salum abeant. Meminit hujus & Augustinus
lib. 7. de Civit. Dei.

Venonius, Historicus Romanus, cuius meminit Cic. in Epist.
ad Atticum, conquerens se ejus historiam non habere. Et iterum
lib. 1. de Legib. ubi cum inter nudos & exiles scriptores
recenset. Nam (inquit) post Annales Pontificum maximorum,
quibus nihil potest esse nudius, si aut ad Fabium, aut ad eum,
qui tibi semper in ore est, Caronem, si aut ad Prifonem, aut ad
Fannium, aut ad Venonum veniar: quanquam ex his aliis alio
plus habet vitium, tamen quid tam exile, quam isti omnes?

Venulus, apud Virgil. lib. 8. & 11. Aeneid. Nomen est unius
ex Latinorum proceribus, qui in magnam Graeciam legatus
missus, ut Diomedem in bellum societatem ascisceret, re infecta
redit.

Venus, Veneris, [Ger. Die Göttin der Hochschafft, *Edin* vob. *de*
ter *Wodden*.] Ab antiquis amorum, gratiarum, pulchritudinis,
deliciaum, voluptatumq; omnium habita est dea: ita dicta
à veniendo, quod ad omnes res veniat, ut auctor est Cic. 2. de
Nat. deor. *dephedione* *venus* *forma*. Hanc Poëtae ex spuma maris, &
Caeli testiculis natam fabulantur, à Saturno excisis, & in mare
projectis: unde & *magis* *venus* *dephedione*; hoc est, à maris spuma,
Aphroditem appellarunt. Est item Venus, una errantium
stellarum, inter Solis & Mercurii sphaeras sita, quae *phedione*
Graecè, Lucifer Latine dicitur, quam antegraditum Solem quum
autem subsequitur, *phedione*, *Vesper*, & *Vesperugo*. Ponitur
etiã Venus pro libidine, & re ipsa venera, quae & *phedione*
phedione, dicunt. Terent. in Eunucho. Sine Cetera & *phedione*.
ger Venus. Seaece. Quod in venerem proior esset. Virgil. 2.
Georg. *phedione* in venerem senior frustra, laborè logratum
trahit. Plin. lib. 24. cap. 9. Ad venerem impetus inhibet. Ovid.
1. de Arte. Nos venerè tutam, concessaq; fatta canemus. In-
terdum pro pulchritudine, venustate, ornatu, elegantia. *phedione*
phedione. Quint. lib. 6. cap. 4. Quos cum gratis qua-
dam & venerè dicitur. Idem libro 10. capite 1: Hoc est: om-
nes dicendi veneres secutus est. Est praeterea Venetorum
jactus veneris, & quatuor confurgens talis, diversam
faciem ostendens, Sueton. in Augusti. cap. 71: Talis enim
jactatus, ut quisq; canem aut senionem miserat, in singulos ta-
los singulos deaatos in medium conferebat: quos tollebat
univictos, qui Venetum jecerat. Venetum quatuor meminit
Cicer. lib. 3. de Nat. deor. cujus verba sunt: Venus prima Cae-
lo, & Die nata, cujus Elide delubrum videmus. Alia spuma
procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natam
accipimus. Tertia love nata, & lunone, quae nupit Vulcano,
sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syris, Cyro-
que concepta, quae Astarte vocatur, quae Adonidi nupit pro-
ditum est. Haec ille.

Veneris, a, um, five Veneris, Quod ad Venerem peninet,
phedione - ut Veneris voluptates, Veneris res. Plinius lib. 24.
cap. 9. At veneris rei impetus inhibet. Veneris homo, Ven-
neri consecratus. Cicero pro Cluent. Quumq; item, ut in Sic-
lia permulti Veneris sunt, sic illi Latini in Maris familia nu-
merarentur.

Veneris us, pro salaci, & Veneri dedito, *phedione*, libidino-
sus. Gell. lib. 7. cap. 8: Delphinos Veneris esse & amulos non
modò historie veteres, sed recentis quoq; memorie declarant.

Venusia, *bellia*, *Venusia* Ptolemaeo, Oppidum Appulorum Dau-
niorum, non procul à finibus Lucaniae, patria Horatii Poëtae,
qui ab eo dictus est Venusianus. Meminit hujus oppidi Plin.
lib. 3. cap. 11.

Verberanum, hujus verbanum, [Vulgò *Lago marger*, Ger. *Der lang*
See am dem lawerq *iget*.] Lacus Cisalpinæ Galliae, Ticinum ex
Alpibus defluentem accipiens, & eundem in Padum transmit-
tens. Nunc lacum majorem appellant. Plinius lib. 9. cap. 18. Duo
lacus Italiae in radicibus alpiu, Larius & Verbanus appellan-
tur, in quibus pisces omnibus annis Vergiliari ortu existant,
squamis conspicui crebris, atq; praecus, clavorum calig-
num effigie, nec amplius quam circa cum mensum visantur.

Vercellis, *bellia*, Ger. *Wercal*.] Vrbis Transpadanae Italiae,
quam Plin. lib. 3. cap. 17. in undecima regione Italiae collo-
cat, non procul à Taurinis. Vulgò *Vercal*.

Vergilius

Vergilia, [Virg.] Chimæ. Ger. Ein gestir im Stier; wie die Stierin oder Stierhenn genit. Septem sunt stelle in genu Tauri: ita dictæ quod circa æquinoctiū vernum matutino tempore oriantur. Virg. 1. Georg. Navigatum stellis numeros, & nomina scit, Pleiades, Hyades claramq; Lycæon arcton. Vide de his plura in dictione PLEIADÆ.

Vergilius Maro, [Virg.] Ger. Der farneste lateinisch Post von Mantua heret. Eustathio in Catal. apud Homeri, latinorum poetarum præstantissimus, ex æquo propemodum certans cum Homero: cujus vita latissimè describitur ab Aelio Donato, & Petro Crinito. Sunt qui Virgilius scribere malunt per tertiam vocalem in prima syllaba: de cujus orthographiæ ratione nonnihil discernimus infra in dictione VIRGILIUS.

Vero, [Virg.] Fluvius Cæliberiæ, à quo populi Verones, [Virg.] dicti sunt, circa eum habitantes. Meminit hujus fluvii Martialis Epigram. 38, ad Laciniam.

Veromandui, [Ger. Vermandois / sicut Bistret in Picardes.] Populi inter Belgas, quos recenset Plin. lib. 4. cap. 17.

Verona, [Virg.] Ger. Duetriso Ven in Lamparten. Civitas Venetiæ, à Gallis condita, Duce Brenno: à quo Brenona primò: deinde mutatis literis, Verona dicta est, ut Iustinus lib. 20. refert. Hi enim quæ novas sedes cogere ob intestinas discordias, & assiduas dissensiones cogere, in Italiam venere: expulsisq; inde cultoribus, Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condiderunt. Veronam alluit Athesii fluvius amœnissimus, qui ex Tridentinis Alpibus ortus, non longè à fossa Clodia Pado miscetur. Ex hac urbe præstantes viri orti fuerunt, Catullus, Acmylius, & Macer Poeta: & (ut nonnulli putant) Plinius & Guarinus orator, & Pontifex sanctitate clarus.

Verræ, ara fuit Romæ, ad quam orabant, ne Agrippæ nascerentur.

Verrès, Nomen civis Romani fuit, qui quoddam Siciliam in Prætura avarè, libidinosèq; administrasset, à Siculis repetendari postulatus est, Ciceroneq; accusante damnatus. Exant etiam hodie Actiones Ciceronis in Verrem, quæ solæ ex præfatis illis accusationibus ad nos pervenerunt.

Vertumnus, Etruriæ deus, ut inquit Varro lib. 4. de Ling. Latina, à Tuscis, qui duce Cælio Romano migrabant, Romam deductus, eamq; ob causam in vico Tusco stetit. Dicitur autè Vertumnus quod in omnes formas sese transfiguraret. Hic Pomona Nympham fertur adamasse: & ut ejus saltè conspectu fruieretur, in nullas non formas sese transmutasse. Quæ de re vide Ovid. lib. 14. Metam. Acron in illud Hor. li. 2. Serm. Vertumnus, quotquot sunt, natus iniquis. Vertumnus ait esse Deum humanarum cogitationū præsidem: ideoq; multiformem fingi & inconstantem, quemadmodum & illæ varix sunt & mutabiles. Iniquo autem Vertumno natos esse interpretatur, qui cogitationes suas regere nō possunt. Tiberius Donatus Vertunum dicendum existimat, quemadmodum & Portunus: quem idcirco colit arbitrat, ut res instituat, ad quem destinatae sunt sine perducantur. Sæpè enim malè cedit, quod vel optime est institutum, quemadmodum gladius die, qui reginæ dono datus fuit ab Aenea, necis ipsi confiscentæ fuit instrumentum. Nec defuit, qui inde Vertumnum dictum putant, quod lacum Curtium in Tiberim avetterit. Quam opinionem tangit & Ovid. lib. 6. Fastorum.

Vertunalia, sive Vertumnalia, Vertumni festa, quæ fiebāt mensè Octobri.

Vertobriga, Celticorum oppidū est in Hispania Bætica, conventus Cordubensis. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Vertumnus, Vide VERTUM in APPELL.

Verulani, Populi sunt Italiæ, Tusculanis & Veliternis vicini, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3.

Vescei Plinio, sive Ptolemæo, Oppidum mediterraneū Turdulorū, in Hispania Bætica, alio nomine Faventia. Vide Plin. lib. 3. cap. 1, & Ptolem. lib. 3. cap. 4.

Vesuvius, pen. prod. qui & Vesuvius, [Vulgò Monte di Somma. Ger. Ein Berg nicht fern von Neaples; so sichte von Feueriger matry dinst.] Mons est Campaniæ, Nolæ vicinus, agros habes miræ fertilitatis, præterquam in solo cacumine, ubi plantam habet magnam, fructum omnino nullum ferentem, teræ cinerulentæ facie, rupibusq; excelsis, non indubitate veteris incendiū indicia ostendentem. Constat enim sæpius arsisse, nunquam tamen vehementius, quàm imperante Tito, quo tempore erumpens ex eo ignis, & vicinas regiones latissimè populatus est: & Plinium Naturalis historix scriptorem qui cognoscendi cupiditate eò se contulerat, fumo, flammisq; encavit: quæ de re vide Epistolam Plinii Iunioris ad Cornelium Tacitum, quæ Naturali Historiæ hodie est præfixa. Montis hujus meminit Virg. 2. Georg. vicina Vesvo Ora jugo. Fallitur autem Servius, qui Vesevum diversum esse putat à Vesuvio, atq; illum quidem in Liguria, huic in Campania situm esse.

Constat enim celeberrimorum scriptorum testimonis, Ligusticum illum montem, Vesulam, non Vesevum esse appellatum: de quo profectò non sensit Virgilius, qui non Liguriæ, sed Campaniæ populos, qui Turno adversus Aeneam supplicias tulerant, susceperat enumerandos. Quid enim impetius à Poeta dici potuisset, quàm si Clavio fluvio, Aceris, Capuæ, reliquisq; Campaniæ locis repente Liguriæ montem miscuisset?

Vespasianus, Prænomine Flavius, decimus Romanorum Imperator, multis insignis virtutibus, sed quas omnes uno avaritiæ crimine scelerat. Titus Vespasianus, Flavi filius, & in imperio successit, omnibus omnium ordinū hominibus adeò charus, ut Amor mundi, & Deliciæ humani generis cognominaretur: utriusque vitam vide latius, apud Tranquillum.

Vesper, vide VESPER in APPELL.

Vesperies Hispaniæ citerioris oppidum, in tractu Vardalorū, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 20.

Vestia, oppida mulier Atellana, Capuæ habitans, quæ quondam quæstum corpore faciebat, ut est apud Livium lib. 6, secundi belli Punici.

Vestâ, Saturni filia ex Opè, quæ & pro terra quandoq; sumitur, eò quod rebus omnibus terra vestitur, seu quia vi sua stetit. Ovid. lib. 6. Fast. Stat vi terra sua: vi stando Vestâ vocatur. Nec defuit qui Vestâ nomen hoc deducit velint, aspiratione in u consonantè mutata: ut, Venetus, pro Heneus: Vela pro Helia. Cui sententiæ subscribit & Cicero lib. 1, de Natura deorum. Vestâ (inquit) nomen sumptum est à Grecis. Ea est enim, quæ ab illis Vestâ dicitur, visq; ejus ad aras & focos pertinet. Interdum ponitur pro igne. [Vid. Ovid.] Ovidius 6. Fastorum: Nec tu aliud vestam, quàm vivam intellige flammam, Naraq; de flamma corpora nulla vides: Iure igitur virgo est, quæ semina nulla renitit. Veteres autè duas esse Vestas affirmabant. Vnam, Saturni matrem, alteram, ejus filiam, de qua Ovidius sexto Fastorum: Ex Opè lunonem memorant, Cereremq; creatas Semine Saturni: tertia, Vestâ fuit. Confundunt tamen has Poetæ, alteram pro altera ponentes. Id tamen observandum est, quum Vestam pro Terra accipiunt, de matre Saturni id esse intelligendum: quando verò virginem nominant, de filia ejus esse intelligendum, quum ignem esse voluerit. Hanc unam ex diis peræubus esse voluit, quos Aeneas in Italiam advexit. Virg. lib. 2, Aeneidos: Sic ait, & manibus vitas, Vestamq; potentem, Aeternūq; adytis effert penetrabilibus ignem. Cui sententiæ non obscure adspiciuntur & Livius, quum Vestæ facta vetustissima esse asserit, & ab Albanis accepta: à Numa autem Pompilio primùm Romæ instituta, multisq; caeremoniis venerabiliora esse. Primus enim ille sacerdos ei sacra vitæ, stipendioq; publico donavit, perpetuamq; virginatè, aliisq; caeremoniis venerabiliores effecit. Hanc potissimè cura erat, ut ignem perpetuum conservarent: qui si forte per negligentiam fuisset extinctus, nequaquam alio ex igni reparata erat, sed accessa per fomitem ex sole flamma purus & cælestis ignis eliciebatur. Porro virgo Vestalis legebatur intra annum sextum suæ ætatis, & decimū: & triginta annos oportebat eam manere virginem, postea nubere licebat. Quod si interim forte stuprū commisisset, viva desodiebatur.

Vestales virgines, Quæ vestæ sacris, perpetuq; ignis custodiæ erant dicunt, à Numa Pompilio primùm instituta, ut est autor Liv. lib. 1. ab Vibe, in dicit. Cic. 3. de Leg. Virgines Vestales in urbe custodiunt ignem foci publici sempiternum.

Vestini, sive, Populi Italiæ inter Picenos, Sabinosq; quorū meminit Plin. lib. 3. cap. 5, & 12. Apud hos olim laudatissimi fiebant casei. Mart. lib. 13: Si sine carne voles jentacula sumere frugi, Hæc tibi Vestino de grege massa venit.

Vesulius, pen. corr. [Sive Vesulius. Ger. Ein Berg in Liguria, an welchem ja vnderst die Po entspringt.] Mons Liguriæ juxta Alpes, inter cæteros clarissimus, ex cujus radicibus Padus erumpit, teste Plin. lib. 3. cap. 16. Virg. 10. Aen. Ac velut ille canum moisu de montibus altis Actus aper, multos Vesulus quos pinifer annos defendit.

Vesuvius, Vide VESEVUS.

Vetonès, pen. prod. Hispaniæ citerioris populi, inter Tagum & Duriam amnes sit, Carpetanis ad Occalum proximis quibus herba nobilissima, quam Græci κίρρα vocant, Vetonice sive Betonice nomen accepit. Vide Plin. li. 2. cap. 3, & li. 4. cap. 20, & 22, & lib. 23. cap. 8. Nonnulli etiam Vettones vocant geminato t, quidam etiam Vedones: ut apud Lucan. lib. 4: Vedonesq; leves, &c.

Vetilonium, sive Vetulonia, sive Vetulonia, vetulonia, Urbium Hetruriæ, quum Mæonii eam obtingerent, caput: cujus meminit Silius lib. 8: Mæoniæq; decus quondam Vetulonia gentis, Plin. libro. 2. cap. 103. Vetulonios appellat Patavinorum (inquit) aquis calidis herbæ innascuntur vetulonia, Pifa.

tes, Pisanorum tanx, ad Vetulonios in Hetruria, non procul à mari, pisces.

Vetulonenses populi, Vetuloniam incolentes, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Vfens, Vulgò Fauto, Fluvius est juxta Terracinam, teste Plin. lib. 3. cap. 5, qui labitur per Pontinas paludes, qui etiam Vfsentum à quibusdam dicitur. Virg. lib. 7. Aen. gelidusq; per imas Querit iter valles, atq; in mare volvitur Vfsens. q; Vfsens præterea Acquicolarum dux fuit, qui quum Turno adversus Aeneam supplicias ferret, à Gya Trojano est interfecus, de quo Virg. lib. 7. & 12. Aen.

Vfsentius, adjectivum, Vfsentina tribus. Liv. 9. ab Vrbe: Dux Romæ additæ tribus, Vfsentina, ac Falentina.

Via, Fluvius Gallæcorum Lucensium, in citeriori Hispania, nò procul ab Orubio promontorio in Oceanum Occidentalem sese exonerans. Auctor Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius lib. 1.

Vianã, Norici urbs, apud Plin. lib. 3. cap. 24. Hermolaus eandem putat cum Vicana Austria, omnibus quas Danubius sustinet, urbibus, & ædificiorum splendore, & agri ubertate præferenda.

Vibius Vinius, Civis Capuæ fuit potentissimus, primusq; defectionis ad Annibalem autor, qui jam attenuatis Pænorum viribus, quum Capuani à Fulvio obsessi deditionem pararent, à septuaginta Senatoribus domum deductus est: quibus convivio adhibitis, quum quàm maxima vini ingurgitatione mentem omnem ab imminentis mali sensu alienassent, post mutuos complexus se omnes veneno peremerunt. Vide Livium lib. 6. Decad. 3.

Vibo, vibonis, Oppidum Locrorum in Brutiis, ita nuncupatum à Romanis, quum antea Hippon appellaretur, innotuit Straboni. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Vicentia, Vicentia, Veneria oppidum, non procul à Patavio: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 19.

Victor, Vini nomen.

Victoria, Vitis Hispania, Ptolem. Camarica.

Vienã, Vienna, [Ger. Wien in Österreich.] Austriae Metropolis est omnium urbium, quæ ad Danubium sitæ sunt, & ædificiorum splendore, & facili serum copia clarissima, munitissimamq; Germaniæ, atque adeo totius orbis Christiani adversus Turcarum irruptiones propugnaculum, Hanc Plinius libro 3. capite 24. Vianam appellat, ut annotavit Hermolaus. q; Est præterea Vienna Allobrogum civitas ad Rhodanum fluvium, olim clarissima, ubi etiam hodie nò pauca antiqua nobilitatis exant monumenta. [Gall. Vienna. Ger. Wien eta Stan ligt am Rhodan vnder Lyon.] Meminit hujus idem Plin. libro 3. cap. 4.

Viminalis collis, unus ex septem urbis Romanæ collibus, in tertia urbis regione: ita dictus à viminum sylvæ in eo enata: unde & Iovi Vimino, cujus ibidem ara erat, nomen inditum: ut est autor Varro lib. 4. de Ling. Lat. q; Viminalis porta, Romæ fuit inter Salariam & Exquilinam: ita dicta quod per eam in agrum Nomentanum esset iter.

Vindelicia, [Vindidonia Ger. Die taufschafft zwischen dem teich/ Zhn/Donau vnd dem Hochgebirg/ die Augspurg.] Regio Germaniæ confinis, Rhetiam habens ab Occasu, & Noricû ab oriente. Eam Lycus amnis determinat à Rhetia: Aenus à Norico: à Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus supra Italiam extensis. Eius civitas insignis est Augusta Vindelico- rum. Vulgò Augspurg: cujus meminit Ptolemæus libro 2. capite 13.

Vindelici, [Vindidorigi Ptolemæo. Ger. tinsgdwer.] Vindelicia incolæ, hodie Germanis annumerati. Horatius:

Videre Rheti bella sub Alpibus
Drusum gerentem, & Vindelici.

Vindemiator, Vide in APPELLE.

Vindius, Hispaniæ Tarracensis insignis mons, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

Vintium, vinis, Oppidum est in Alpibus litorcis, apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1.

Vion Valentia, Apulorum urbs, auctore Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie Vionna, Hippol. Plin. lege VIBO.

Virbius, idem qui Hippolytus, Thesei & Hippolyte Amazonis filius, qui quum à Phædra nocera per calumniam apud patrem delatus esset, quòd ipsi stuprum inferre voluisset, patris iram veritus, conscenso curru sagâ arripuit: quumq; juxta maris litus pervenisset, incusso à Neptuno pavore, equi conscenati, implicatum habentis Hippolytum dilaceravit: Cujus vicem miserata Diana, ad vitam eum revocavit, & in Anticino nemore collocatû, pro Hippolyto Virbium appellavit, quasi bis virum. Ovid. 15. Metam.

Tum mihi, ne præfens auferem munera hujus

Invidiam, densas objecit Cynthia nubes:
Vrôq; forem tutus, possemq; impusè videri,
Addidit iratem, nec cognoscenda reliquit
Ora mihi: Cretenq; diu dubitavit habendam
Traderet, an Delon: Delo, Cretaq; felicitis,
Hic posuit nomenq; simul, quod possit equorum
Admonuisse, jubet deponere: Quisq; fausti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.

Virubescã, [Virubescia, Hispania citerioris civitas, in trãdu Antigonum, qui sunt populi Cantabris ad Ortum proximi. Auctor Ptolemæus libro 2. cap. 6. Plin. lib. 3. cap. 3. Viroriscam nominat.

Virgão, Hispaniæ Bæticæ civitas, inter Bætim & Oceanû, alio nomine Alba dicta. Auctor Plin. lib. 3. cap. 1.

Virgî, Pomponio teste, Oppidû in finibus Hispaniæ Bæticæ, à quo proximus sinus Virgitanus dicitur, quem Plinius Bæticæ & Tarracensis terminum facit, lib. 3. cap. 1.

Virgilius, [Virgilius, Virgilius. Ger. Des fûnemste latetesch poet von Mantua bairg.] Mantuanus Poëta celeberrimus, Marose, Majaq; natus, qui primum apud Latinos inter Poëtas obtinet locum. Homerumq; Græcorû Poëtarum principem, si non exæquat, non longo certè sequitur intervallo. De nominis hujus scriptura diversi diversa sentiunt, alii primam ejus syllabam secunda vocali, alii tertia scribentibus. Quorum utriusque suis quibusdam nituntur rationibus. Minutianus Apuleius, vetustus Grammaticus, à virgîs, inter quas natus sit, Virgilius dictum putat: ideòq; perî, non per scribendum præcipit. Cui scripturæ Donatus quoq; non obscure adhipulatur, quum in vita ejus tradit, à virgâ nomê accepisse, quam mater ejus ea nocte, que partum ante cessit, in somnis libi visa est parere, tanta altitudine assurgentem, ut cælum cõtingeret. Hæc suffragatur & Calvillus: It vates cui virgâ dedit memorabile nomen Laureæ. In eadem sententia fuit & Priscianus, in Græcis quoq; codicibus (si id quippiam ad rem faciat) scriptum legimus Virgilius. Alii, & in primis Politianus, à Virgiliarum sydere nomen hoc deducunt: ideòq; per secundam vocalem scribere malunt. Quam sententiam veterum aliquot memorum testimonis confirmant. Quibus illud accedit, quòd apud Eustathium quoq; in navium Catalogo, & apud Suidam Virgilius legitur. Vide hæc de re Virgiliarum disputationem in Annotationibus Pierii in Virgilium.

Virgî Janus, adjectivum: ut, Virgiliana virtus, apud Plinium in Præfat. lib. 9. Quintil. lib. 1. cap. 3. Habendumq; in animo semper illud Virgilianum.

Virgatus, [Virgatus, Lufitanorû ducis nomen fuit, calliditatis acerrimæ viri, quippe qui ex venatore latro, ex latrone subitit dux atq; imperator factus, universam Lusitaniam occupavit, M. Vcaudium prætorè fuso ejus exercitu, cepit P. C. Ca. Plancius Prætor nihil felicitatis rem cum eo gessit: tantumq; terrorem hostis hic Romanis intulit, ut adversus eum Consulati opus esset duce & exercitu. Deniq; à proditoribus consilio Cepionis interceptus est, & multum ploratus, tumularisq; nobilissimè Auctor Livii abbreviator Florus.

Viræ querquetulanae Festus inquit, putantur esse Nymphæ præfidentes querreto virefcenti quod fuit in Elquilina regione urbis, ut autor est Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Scalliger, Viræ querquetulanas nihil aliud esse putat, quàm quæ Græcè Virgides, & Virgides dicuntur.

Virritium, auctore Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ Vrbis: Vulgò Virritium.

Virvestis, Ptol. lib. 2. cap. 6. in antiquo codice Virubescia, Hispaniæ Vrbis: Vulgò Virvestis.

Virutum, [Virutum, Oppidû Germaniæ in climare Septentrionali, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11.

Vifontium, [Vifontium, Pelodorum oppidum in Hispania Tarracensis. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Vistula, qui & Visula, & Istula. [Vulgò Vistula. Ger. Die Weist.] Nobilis Europæ fluvius, in Carpatho monte nascens, Germaniamq; dirimens à Sarmatia, & tandem ostio uno pingradi juxta Danisicum urbem in sinum Condanû illabens. Vide Ptolemæum Tab. 8. Europæ. A Plin. lib. 4. cap. 13. Visula appellatur. Vide Vadianum in librum 3. Pomponii Melæ.

Visula, Vide VISTULA.

Visurgis, Fluvius est Germaniæ, non procul à Cheruscis nascens, Brunsvicensem agrum irrigans, tandemq; Becam in urbem præterlapsus, paucis citra Albis ostium pass. milibus, in Germanicum Oceanum sese evolvit. Accolæ hodie Vasorum appellant. [Ger. Die Weiser.] Vide Annotationes Vadiani in librum tertium Pomponii Melæ.

Vitalis, [Vitalis, Substant. proprium nomen est.

Vitella, [Vitella, Oppidum Italix. Vide Vitellianæ gentis. Stephan.

Vitellius, [Vitellius, Nonus Romanorum imperator fuit, ventri, gulaq; addictissimus, qui superato apud Bednacû Orbomacæ, imp-

ne, imperium arripuit: quod non multo post deficientibus ad Vespassianum militibus, una cum vita exiit. Reliquam ejus vitam pete ex Suetonio.

Vitator, Vide in APPELL.

Vitruvius, Architectus Veronenfis, cujus opera etiam hodie omnium manibus teruntur, varias in linguas transfusa.

Vitulus, Antiquis deus erat, qui credebatur vitam largiri: ut Sentinus sensum. Cxl. Rhod. lib. 25. cap. 30.

Vlitas, Apollinis cognomen apud Milesios: quod is sanitatis autor putaretur. Nam ad hunc, Iones usurparunt pro hunc: hoc est, recte valere: ut annotavit Ioannes Grammaticus. Vide & ad hunc dicitur putat cicatrices, quod sint nocce perianatorum vulnerum. Vide Macrobi. lib. 1. Satur.

Vlpiantus, Lucifco sultus, patria Tyrius, Adriani temporibus floruit, cujus scribitur presuit. Hic quum Gallias administraret, seditione oborta interfecit.

Vlubra, arum. Ignobilis Italix vicus juxta Velitras, nulla alia re quam quod in ipso educatus fuerit Augustus, memorabilis: ut annotavit Porphyrio in illud Horat. lib. 1. Epist. - quod peris, hic est, Est Vlubris, animus si te non deficit æquus.

Vlysses, dicitur, fuit filius Laertii (a quo Laertius cognominatus est) rex Ithacæ & Dulichii insularum, a quibus modo Ithacus, modo Dulichius appellatur. Fingitur ab Homero vir multa præditiis facundia, nec minore experientia, vafer conuilio, egregius bello, laborum patientissimus. Vxorem habuit Penelopem Icarii filiam, ex qua Telemachum filium suscepit: eamque, tanto opere adamavit, ut reliquis Græcorum principibus ad bellum Trojanum proficiscentibus, ipse insaniam simulaverit: futurum sperans ut tanquam bello inutilis domi retinqueretur. Iunctis itaque duobus generis animalibus, litus proscindebat, & frugum loco sale m ferebat. Palamedem tamen virum prudentissimum latere non potuit: qui ut technam illius detegeret, aranti ille Telemachum filium in sale objecit: quod Vlysses conspicatus, ne filium læderet, aratum sublevavit. Quo argumento facile deprehensum est, non veram illam, sed simulatam esse insaniam. Pertractus itaque ad Trojam, strenuam, utilissimamque: eo in bello Græcis operam navavit. Nam & Achillem inter Lycomedis regis filias virginali habitu latitantem, ad bellum perduxit: & Agittas Heculis a Philote impetratas, ad Trojam pertulit: Cincetum quoque Laomedontis, qui super Scæa porta Ilii servabatur, clam sustulit. Palladium quoque, una cum Diomede ex Troja, cæcis cultodibus, rapuit. Missus deinde explorator cum eodem Diomede, Rhæso Thraciæ rege occiso, equos ejus abduxit, priusquam Xanthi aquam degustassent. Erant autem hæc omnia in Trojanorum fati: sine quibus Troja expugnari non poterat. Cum Palamede fumentationis causa gravissimas inimicitias exercuit: cumque tandem per calumniam circumventum, lapidibus obruendum curavit. Occiso Achille in armorum illius judicio Ajaci prælatus est. Capta autem Troja, Orsilochem Idomeni Cretensis regis filium, obstantem ne legitima pars prædæ sibi decideretur, exorta sira interemit. Denique Polyxena ad Achillis tumulum jugulata, atque Astyanacte Hæctoris filio è turri præcipitato, quum navim conscendisset, tanquam in patriam rediturus, gravi exorta tempestate, primùm in Ciconum litus appulsius est. Atque inde rursus solvens, simili tempestate ejectionis in Africam, ad Lætophagorum gentem pervenit. Vbi quum socii lotum gustassent, ægrè inde potuerunt revelli. Inde rursus vela faciens, in Siciliam delatus est: ubi Polyphemi antrum cum duodecim sociis intravit, ex quibus quum Cyclops sex devorasset, eruto illi oculo præusto sippine, pellibus antrum involutus, cum superstitibus antrum evasit. Hinc in Aeoliam navigans, ab Aeolo ventos in utrum coastos obtinuit. Ex quum jam Ithacæ proximus esset, soluto utre à sociis thesaurum credentibus, restante vento denuò in Aeoliam expulsus est: sed ab Aeolo abactus, devenit ad Læstrygonas, quos ob immanitatem fugiens, ad Circeam pervenit: quum exploratores ejus in beluas mutassent, ipse sumpto à Mercurio pharmaco accessit impavidus, & stricto gladio eam coegit, ut socios suos pristinae formæ restitueret: quod quum fecisset, ejus postea consuetudine usus per totum annum, suscepit ex ea Telegonum filium: Hæsius vero Agrium & Latinum ex Circe genuisse dicit. Aegre deinde ab ea dimissus, ad Oceanum pervenit, ubi peractis lacrimis, ad inferos descendit, ibique, ex Anticlea matre, Elpenore, & Tiricia vate de multis certior factus, revertitur ad Circeam: & Elpenore socium, qui nuper incedriatus de scalis deciderat, honorifica prosequitur sepultura. Post hæc ad insulam Sirenum delatus est, quum cantus ne audiret, sociis aures cera obturavit: se autem ad malum alligari fecit, eaque ratione illarum insidiarum tutus evasit. Inde Scyllam transiens & Charybdin, non sine maximo periculo in Siciliam venit, ad ea loca ubi Phæthusa Solis filia cum duobus sororibus greges patris pascebat, iussitque, ne quis eos violaret: sed ipso doc-

miente socii fame coacti, suadente etiam Eurylocho plura ex gregibus animalia mactaverunt: quod scelus postea naufragio laerunt, adeo ut ne unus quidem sit servatus, præter unum Vlysses, qui arripito navis malo novè diebus à vento & undis hinc illinc ageratus, tandem ad Ogygiam insulam appulsius à Calypso nympha susceptus est: septemque annis ejus consuetudine usus, Nausithoem & Nausinooem filios, ut Hæsius do placet, ex ea genuit. Post hæc miseris ejus Jupiter, Mercurio in Ogygiam misso, imperat deæ ut Vlysses missum faciat. Confecta itaque rate, Vlysses rursus mari se committit. Verum quum jam Phæacis in conspectu esset, subito immissa à Neptuneo tempestate, navim fregit: actumque de eo omnino fuisse, nisi ejus misera Leucothoë, tabulam ei suppeditasset, cui ille innitens, incolumis in Phæacensium portum advavit: ibidemque, quod nudus esset, inter frondes seculo occultavit. V. tum non multo post à Nausicaa filia Alcinoi repertus, vestes accepit. Deinde Palladis opera ad Areten Alcinoi conjugem deductus, dona, naves & socios accepit, qui eum in Ithacam reduxere, in qua dormientem cum donis deposuere. Excitatus autem à Pallade, ipsius monitu habitum mendici accepit, & hoc modo ad suos subulcos pervenit: apud quos Telemachum quoque vidit. Demum ab Eumæo porcario iacognitus domum ducitur, ubi post multas injurias sibi à prociis illatas, tandem ab Euriclea nutrice agnitus, arma ex composito cum filio & duobus subulcis, quibus se indicavit, adversus procos sumens, eos ad unum omnes trucidavit, atque sic Penelopem recepit. Porro quum ex oraculo didicisset, se à filio interemptum iri, in locis abditis vivere decrevit. Telegonus autem filius ex Circe susceptus, patrem suum videre cupiens, Ithacam profectus est, ubi quum incognitus à domo patris prohiberetur, orta contentione patrem incognitum spina venenosa trigonis piscis traxit. Declinatur & Vlysses, Vlyssi, vel Vlyssi, per secundam inflexionem. Virgil. 3. Aeneid. Et terram altricem sevi execramur Vlyssi.

Vlyssippo, onis, Vel (ut alii scribunt) Olyssippo, & Vlyssibona, Lusitanæ metropolis est, quæ à Strabone idem appellatur: Vulgò Lubona.

V ante M.

Vmbër, Vide VMBRIA.

Vmbria, [Vmbria Ital. Ducato di Spoleto. Ger. Ein landschaft in Italia, so sehr das Herzogthum Spoleto begreift.] Regio Italix, inter Apenninum & mare Adriaticum, ita dicta dicitur & Vmbria hoc est, ab imbre: quod Vmbria omnium Italix populorum antiquissimi, inundationi terrarum, imbrisque superfuisset credantur: ut refert Plinius libro 3. capite 14. Vel dicta est Vmbria ab umbra, quod ea regio propter altitudinem montium, & vicinitatem Apennini umbrosa sit. Lucanus libro 2: lus que sui pulso jam perdidit Vmbria Thermo. Olim trecenta oppida habuisse fertur, quæ postea Hetrusci deleverunt. Hodie sunt reliqua Sontinum, Fanum Fortunæ, Spoletum, à qua nunc ea regio ducatus Spoletinus dicitur, Nursia, Reate, Ameria, Tiphernum, Falgineum, Nuceria, Assisina, Tuderum & Narnia.

Vmbër, a, um, possessivum, Vmber. Catullus: Aut parcus umbër aut obesus Hetruscus.

Vmbros, Vmbros, Fluvius Vmbriæ navigatorum capax, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 3.

V ante N.

Vnni Vide HVNNI.

V ante O.

Voberta, Villa est juxta Bilbilim Hispaniæ urbem, & Salonæ annem, umbris arborum, & frigiditate scaturientium fontium amoenissima, quam Martialis graphice depingit Liciano lib. 1. Epigram. 17.

Vocetius, [Ger. Der Obberg.] Mons apud Rauracos, ob salebras, & lamas viatori admodum incommodus: in quem Helvetii à Cæcinnæ victi confugerunt: ut refert Tacit. libro 17.

Voconii forum, Arcomiorum civitas in Gallia Narbonensi, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

Vocontii, [Ger. Vöccont im Delphinat bey dem stadt Druentia.] Narbonensis Gallie populi sunt, quorum civitas Tricorium commemoratur à Plin. lib. 3. cap. 4.

Vogësius, penultima correpta, Mons est Gallie Belgicæ, Sequanos & Lingones dividens à Mediomatribus, ex quo Mosa & Araris fluvii nascuntur. Luc. libro 1: Castraq; Vogelcurvam super ædua ripam Pugnaces pectus colimebant Lingones armis.

Volaterræ, Strabo lib. 5. Hetrutiæ oppidum est, non procul à mari, in edita planitie collis situm, ad quam x. stadiorum est ascensus. Hinc Volaterrani, pro urbis hujus incolis, & Vada Volaterrana apud Plin. lib. 3. cap. 3.

Völce, [Ger. Langensteden] Populi Gallie Narbonensis, trans Rhodanum, Occidentem versus: ex quibus qui flumini pro ci-

V + mi f. 37.

mi sunt, Arcemii cognominati sunt: qui verò longius à Rhodano recedentes, in Pyrenæos montes vergunt, dicti sunt Teofages, quorum regionem hodie Linguam Occitanam appellant. Autor Prolem. lib. 3. cap. 10.

Volcātū, Consul fuit Romæ, tempore prioris conjurationis Catilinæ, illumq; Reperundarum reum, quòd intra legitimum tempus proficere nequiverit, Consulatum petere prohibuit: quam rem tam egre tulit Catilina, ut de evictenda patria cum Antonio, & Pilone nefaria consilia inierit. Autor Pædianus. & Volcātius Gallicanus quintum Consul scripsit vitas imperatorum ad Diocletianum: ex quibus tantum extrat, nunc Avidii Cassii vita. Volcātius Terentianus historiam sui temporis: id est, Gordianorum scripsit: in qua memoriæ prodidit, referente Capitolino, Gordianum seniosem vultum Cæsaris Augusti valde tetulisse. & Volcātius Epidius Grammaticus, scripsit res gestas Pompeii Magni, & ejus patris: prius libertinorum qui historiam scripsit, quam ab optimo quoq; scribi solita sit, ut est autor Cornelius Nepos. Ludam aptuit, docuitq; inter ceteros M. Antonium, & Augustum. Ex Tranquillo. & Volcātius item alius fuit, teste Plinio, libro 11. capite 43. Poëta non ignobilis, qui quòd senos in manu haberet digitos, Sedigitus est cognominatus. Hujus etiam hodie aliquot circumferuntur fambi, quibus suum de Latinis Comicis judicium protulit. & Præter hos fuit & Volcātius Iuniconsultus, Cæcili præceptor, quem tradit idem Plinius libro 8. capite 11. Asturcone sub vesperum à rure suburbano redeuntem, quem in grassatorem incidisset, à cane fuisse defensum.

Vologesius, Parthorum rex fuit Neronis temporibus, & frater Tiridatis, quem quum Armeniæ regem fecisset in vitis Romanis, vario eventu cum iis bella gessit: donec tandem ex pacto placuit Tiridatem regni diadema ponere, nec ante resumere, quam id Romæ Neronis manibus accepisset. Vide Tacitum libro 5.

Vologesocerta, Babylonis urbs, à Vologeso Parthorū rege condita: ut est autor Plin. lib. 6. cap. 26. Ptolemæus Vologesiā appellat.

Volsci, Populi in Latio, ultra Circeios, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. 2. Georg. Asuetumq; malo Ligurum, Volscoq; verutos.

Volsinium, Volsinii, & dicitur Ptolemæo: sive Volsinū, Volsiniorum, Oppidum mediterraneum Hetruriz, in quo primum molæ versatiles sunt inventæ. Plin. libro 36. capite 18: Molæ versatiles Volsiniis inventas, quasdam & sponte motas legitimus.

Voluentius, Prenomine Lucius, Vir Romanus, Senatorii ordinis, quo cum Servio Sulpitio Consulatum gerente carnes pluisse autor est Plin. lib. 2. cap. 56.

Voluptas, [Ger. Du Glin des Wohlsto.] Voluptatis dea, quæ facellum habebat Romæ circa navaria nō procul à porta Romanula, teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina.

Volsusius, Poëta quidam inæptus fuit, patria Paravinus, qui Ennium secutus, rerum gestarum populi Romani Annales carmine scripsit. Catullus de Smyrna Cionæ: At Volusi Annales Paduam morientur ad ipsam. Et laxas scombris sæpè dabunt tunicas. Et alibi Annales Volusi cacata charta.

Vomanum, Fiuminis nomen in quinta Italiæ regione, non procul ab Adria colonia Plin. lib. 3. cap. 13.

Voranus, Q. Lucatili furacissimus libertus, quæ nūmularius nummos de mensa subtrahentem, & in calceos infarcientem deprehendit. Cælius lib. 10. cap. 49.

Vpis, Diana tercia nomen, autore Macrobio. Sic enim à Græcis paterno nomine (pater enim ejus traditur Vpis) appellatur. Meminit & Cicero de Natura deorum. In nōnullis autem exemplaribus legitur Opis.

Vra, Locus est in finibus Syriæ Palmyrenæ, ad Euphratē fluvium, qui inde relictis Palmyrenorum desertis, in ortū recessit. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Vrgū, Plutonis cognomen est, ab urgendo (ut quibusdam videtur) impositum, quòd omnium deorum maxime nos urgeat. Nos Græcam vocem esse malumus. Apud illos enim & dicitur, qui in acie extremam agminis partē ducit. Unde non inventissè ad Ditem transferatur, qui postremum humanæ fabulæ actum excipit.

Vranīa, sive Vranie, [Ger. Die Welt der Götter.] Vna musarū, Iovis & Mænosynes filia, cui Astrologiæ inventio tribuitur: Unde & Vranīa dictam putant, quasi in cælis speculantem. Ovid. lib. 5. Fastorum: Excipit Vranie fecerit silentia cunctæ.

Vranōpōlis, Vrbis in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Athos: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Vranus, Pater Saturni: quem Latini Cælum, vel Cæliū

appellant: ex cujus viribus à Saturno filio excedis, & in mare abjectis, nata est Venus, quæ idè Græco nomine appellata est Aphrodite.

Vrbī, Populi sunt Capissenæ (quæ est Asiæ regio, Carmaniz finitima) non procul à Pandorum finibus, & Ponamo flumine navigabili. Autor Plin. lib. 6. cap. 23: Sed corrupta est Plinii lectio: sic enim habet: Flumen Borro, Genfurbi, flumen navigabile ponamus Pandorum finibus. Vbi Genfurbi fluvii nomen est non populi.

Vrbīnum, Italiæ oppidum: à quo Vrbinatez Plin. li. 3. ca. 14.

Vrci, Ptolemæo, Oppidum martimū in finibus Hispaniæ Tarraconensis, ubi à Bætica dicitur. Autores Ptolem. lib. 3. cap. 5, & Plin. lib. 3. cap. 3.

Vrgi, Populi Sarmatiæ Europæ, Iazygibus finitimi, ad utranq; litū ripam, magna ex parte ex passionibus victores, pauci agriculturæ dedit. Autor Strabo lib. 7.

Vrgo, Insula est in mari Tyrhæo, nō procul à Capraria Plinius lib. 3. cap. 6.

Vri, Indiæ populi, Indi fluminis accolæ, Silenis proximi. Autor Plin. lib. 6. cap. 20.

Vria Plinio, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, in conventu Gaditano: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1. & Est in Vria locus Acarnaniæ, semiladū distans à mari. Autor Strabo lib. 10. & Est præterea ejusdem nominis oppidum in ora Apuliæ, & post flexum Gargani montis, teste Plin. lib. 3. cap. 11. Strabo Vream, Ptolemæus Vriam appellat. & Vriam aliam collocat Strabo lib. 7. mediò scilicet itinere inter Tarentum & Brundisium.

Vrium, Oppidū est Hispaniæ Bæticæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 4. Plinius in Gaditano conventu collocat, & Vriam per primam effert declinationem.

Vrolantium, Civitas in Orientali parte Britanniz insulæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Vrpanus, Fluvius Daciæ (quæ hodie Valachia) supra Saum influens in Istrum. Autor Plin. lib. 4. cap. 25.

Vrsentani, Lucaniæ populi, apud Plin. lib. 5. cap. 11.

Vrso, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in conventu Albigiano. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Vsar, Fluvius est Mauritaniz Cæfariensis, Nebadum regionem irrigans. Autor Plin. lib. 7. cap. 2.

Vsticā pen. prod. Mons est in Sabinis, cujus meminit Horat. lib. 1. Car. Ode 17: Vsticūq; dulci Tyndari fistula Valles, & Vsticæ cubantis Lævia personere saxa. & Est in insula ejusdem nominis, Siciliæ adjacens: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Vthina, Vrbis Africae propriè dictæ, Romanorum colonia inter Bagradam fluvium & Tritonem sita, Vide Plin. lib. 5. cap. 4. & Ptol. lib. 4. cap. 3.

Vtica, uticæ, pen. corr. Vtica Ptolemæo: in Stephano, Vrbis insignis Aphricæ propriè dictæ, ad Bagradam fluvium xxx passuum millibus distans à Carthagine: qua cæcis principem in Africa locum tenuit. In hac Cato Vticensis, victo Scipione, mortem sibi confecit.

Vtinum, Italiæ oppidum juxta Aquileiam, principū Austriæ opere insigni admodum, & arce in mediæ urbis edito colloca lo conspicuus: scribit Vadianus in lib. 2. Pomponii Melæ.

Vvitemberga, [Ger. Wittemburg.] Vrbis Germaniæ, Valgò dicta Prol. Calægia.

Vulcānis, [Ger. Der Gott der Feuers.] Deus antiqua putatur esse ignis præses. Unde & Vulcanus dictus est, quasi canus per ærē volitans. Volat enim flamma & candida est. Varro de Lingua Latina lib. 4. ab ignis violentia & fulgore dictum putat tanquā fulgans. Hic & Mulciber appellatur, quòd feruū mulceat. Filius fuit Iovis & Junonis, qui à patribus ob deformitatem (licet alii alias causas afferant) cælo dejectus est in Lemnum insulam, ubi ab Eurymone Oceani filia, & Thetide nutritus est: vel ut alii volunt, à similita. Ea autem ruina, qua decidit de cælo, claudus factus est. Officinam habere fertur in Lemno unā cum Cyclopidibus ministris: fingitur faber deorum: quia Iovi fulmina & diis arma adversus gigantes fabricavit: nec tam à demissus est ad mensam deorū: quoniam quum M. nervæ nuptias expensisset, repulsam passus est. Unde Virgilius Ecloga quarta: Nec deus hanc mensa, dea nec dignata cubili est. Aliam deinde sibi uxorem querens, Veorem duxit: quam quā postea unā cum Marte in adulterio deprehendisset, ambos invisibilibus catenis ita collegavit, ut scuter abire possent, donec ab omnibus diis & deabus vili & densi essent: ut supra de Marte annotatum est. Ab eo quicquid artificiosè fabricatum est, factum volunt, ut monie Hermiones, & Atiadæ coronam, currum Solis, Achillis & Aeneæ arma, & hujusmodi. & Vulcani (inquit Cicero libro 3. de Natura deorum) fuisse complures. Primus Cælo natus, ex suo &

Mig. 174

Minerva Apollinem cum, cuius in tota Athenas antiqui hi- storici esse voluerunt. Secundus in Nilo natus Opan, ut Aegy- pti appellant, quoniam eodem esse Aegypti volunt. Tertius e- tertio Iove & Iunone, qui Lemni fabrica traditur profuisse. Quartus Menalio natus, qui tenuit insulas prope Siciliam, quae Vulcaniae nominabantur. & Ponitur non raro pro ipso igni, quemadmodum Ceres pro ipsis frugibus. Hinc est illud apud Plautum in Amphit. Vulcani in cornu portas: hoc est, ignem gestas in latera cornae. Virg. lib. 3. Aen. fuit immi- sit Vulcanus habenas, etc.

Vulcanalia, id est, orum, plurali numeri, neutri generis. Festa Vulca- no dedicata, sicut Colum. lib. 11. cap. 4. Ceterum Augusto circa Vulcanalia, tertia facta est.

Vulcaniae, insulae septem Siciliae adjacentes, quae & Aeolicae dicitur, quod illas temporibus Aeolus in insulas putetur re- gnasse, sicut dicitur. & Vulcaniae autem idcirco dicitur, quod terum omnium natura sulphurea sit, ignem per intervalla, tanquam et fornacibus quibusdam evomens. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & 9. & Strab. lib. 6. Ceterum tamen lib. 3. de Natur. deor. a Vulcano rege, Menalio filio nomen accepisse tradit, qui insulis post Aeolum creditur imperasse. Nomina earum sunt Liparae, Strongyle, Didyme, Eucusa, Phenicusa, & Eo- nymos.

Vulturni, sive Volsini Plinio, Volsinium Prolemaeo. [Vul- turni Germ. Ein Stein in Toscaner Landtschaft so dem strat gar selb verbumen seyn.] Hetruriae oppidum mediterraneum, olim lo- cupletissimum, sed postea fulmine totum concrematum, ut refert Plin. lib. 2. cap. 32. Hodie Volsinum vocant. Huius oppido adiacet lacus, qui ab eo Vulsiniensis dicitur: cuius meminit Columel. lib. 8. cap. 16.

Vulturnum, sive Volsini, Oppidum Campanorum est, a Vulturno fluvio, qui ipsum praeterfluit, dictum. Est autem Vulturnus fluvius ille qui per Capuam fluit & circa Cumas in mare illabitur. Pomponius Mela lib. 2. Vulturnus annis, Vulturnum oppidum. & Est & Vulturnum Hetruscorum oppidum, teste Livio lib. 4. ab Urbe.

Vulturnus, Ventus qui ab Oriente hyberno spirat, ut ait Plinius lib. 2. cap. 47. Dicitur a Vulturno volare (ut quidam ajunt) quoniam aliter resonat. [Gall. Ost. Ital. Ostium. Germ. Ein auf den Ostwinden, wähet spter von des Winden Ausgang her. Fland. 2nd. Polon. Wiatry wshoda. Vngar. Napjuno daki. Ang. The north east wind.] & Hoc nomine etiam dicitur est fluvius, ut in dictione praecedente diximus: cuius etiam meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Vxama, Oppidum Hispaniae citerioris in tractu Arevacorum: ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3. Prolemaeo Vaxama, sicut appella- tur lib. 2. cap. 6.

Vxella, Insulae Britanniae urbs, in tractu Demoniurum: ut scribit Ptol. lib. 2. cap. 3.

Vzita, sive Viza, Verba Africae proprie dicta, sub Adramento sita, juxta quam Caesar vicem Scipionem. Vide Strabonem lib. 13. & Prolemaum lib. 4. cap. 3.



Xanthē, huius Xanthes, sive Xanthos, Nympha ma- rina, Oceani & Tethyos filia, a riuo, sive flavo colore dicta. Hesiodus in Theogonia: Πηνειρά τ' Ιασηνίδα, Αρπυγία, Χανθίη, & Xanthie itē ap- pellata fuit Asia regio, quae postea dicta fuit Troas: ut autor est Steph. in dictione TROAS.

Xanthi, sive Xanthi, Thraciae populi, apud Stephanum, & Strabo- nem libro 13.

Xanthides, sive Xanthos, Vnus ex iis ducibus, qui reliquias ex- ercitus Cyri minoris, una cum Xenophonte domum reducē- das susceperant. Hic postea, quod minus viginti ex publica pecunia suppressisset, damnatus est reperendorum. Autor Xe- nophon in Anabasi lib. 3.

Xanthiscus, sive Xanthos, Aprilis mensis Hebraeorum lingua ap- hellatus est.

Xanthi, sive Xanthi, Liciae populi, quorum urbem Xanthum nunc, quem Harpagus Cyri praefectus obsideret, illi u- xores, liberosque, ceteraque, quae charissima habebant, in arcem coegerunt, igneque subjecto cremaverunt: deinde adversus hostes eruptione facta, strenue pugnantem, ad unum omnes interiit. Autor Herodotus libro 1. & Xanthi praeterea populi fuerunt Scythiae, ex genere Daatum, ultra Mæotum incolentes, quos etiam & Paris dicitur. Autor Stra- bo lib. 11.

Xanthius, sive Xanthos, Boeotus quidam fuit, singulari corporis robore, qui exortis inter Athenienses & Boeotos de Celana- rum agro controversa, Thymocem Atheniensium regem

ad singulare praelium evocavit: cuius vicem excipiens Me- lanthus quidam Messenius, a Dionysio (ut volunt) adjutus, illum superavit. Ferunt enim Melantho vitum fuisse, quod Xanthium quidam a tergo sequeretur, nigra pelle caprina in- datus. Quo nomine quum illum accusaret, quod altero co- mitatus in praelium descendisset, admiratus Xanthius, quid- nam accidisset, quisveis esset, qui a tergo sequeretur, quum respiceret conaretur, corpus hosti aversum, nudumque praebuit: quae occasione usus Melanthus, incautum gladio traiecit. Au- tor Suidas.

Xanthippe, [Xanthippe. German. Das häßliche Weib So- crates.] Nomen uxoris Socratis philosophi, supra modum morose, & iurgiosa: cuius tamen morositatem Socrates mira patientia toleravit: rogatusque ab Alcibiade, cur mu- lierem tam molestem domo non exigeret? Quoniam, inquit, dum domi talem perpetuo, insulesco & exerceor ut cetero- rum quoque foris petulantiam, injuriamque facilius feram. Haec Gellius libro 7. capite 17. Vide plura in dictione S O- CRATES.

Xanthippus, sive Xanthos, Lacedaemonius quidam fuit rei militaris petitiolimus: qui a Carthaginensibus excitus, exer- citusque praeposuit, Attolum Regulum Consulem in Africa bellum gerentem, insidiis circumventum vivam cepit.

Xanthos, sive Xanthos, Vna ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Virgilius libro 3. Georgic. Drymoque, Xanthoque, Ligea- que, Philodocque. Hesiodus in Theogonia Xanthem ap- pellant.

Xanthus, sive Xanthos, Fluvius Troadis, idem cum Scamandro: ita dictus, teste Aristotele, de Historia animalium libro tertio, quod ovium vellera riuo inficit colore: sicut enim Graeci dicunt, quod nos riuum aut fluvium. Virgilius libro primo Aeneidos: Ardentesque averte equos in castra, priusquam Pabula gustassent Trojae, Xanthumque bibissent. Idem libro quarto Aeneidos: Quale ubi hybernam Lyciam Xanthique fluentis deserit, ac Delum maternam invisit Apollo. & Xan- thus, antiquus rerum Lydarum scriptor: Lydus, an Sardi- anus fuerit, Strabo se dicit incertum habere: Suidas Lydum eum dicit a Sardibus civitate fuisse, scripsisseque historiam Lydo- rum libris quatuor. & Xanthus alter Poeta Melicus comite- moratur ab Aeliano. & Est item Xanthus Lyciae fluvius duobus fontibus a Cadmo monte nascens, & non procul a no- mine sui urbe in Lycium mare se exonerans. Hoc praeterea nomine fuit unus ex equis Hectoris, cuius meminit Homerus lib. 23. Iliad.

Xanthus, sive Xanthos, locus Macedoniae, a Xantho quodam: incolae Xanthi, Stephanus.

Xenarchus, sive Xenarchus, Comicus Poeta, cuius abulas com- memorat Athenaeus libro 2. Dipsosophistarum. & Xenarchus alter a Seleucia Cilicis, Peripateticus, docuit Alexandriae primum, deinde Romae: Atque philosophi, deinde Caesaris Au- gusti utriusque amicitia, usque in senectutem in honore habitus. Denique paulo ante mortem visu orbatus dicit obit. Strabo libro 14.

Xenephyris, sive Xenepheris, Vicus Libyae, prope Alexandriae. Gent. Xenephyris, Stephanus.

Xeni, Balneae Romae fuerunt, ab hospitalitate (ut videtur) ita dictae: nam Xenos Graecis idem est quod hospitalis. Ha- rum meminit Cicero pro M. Caesio: Sed ut venenum (ignis) quam a Licinio traderetur, manifeste comprehendi posset, constitui locum iussit balneas Xenias, ut eo mitteret ami- cos, qui delitesceret: deinde repente, quum venisset Licinius, venenum traderet, profugerent, hominemque compre- henderent.

Xenius, sive Xenos, Iovis cognomentum apud Graecos, teste Diodo- rino, quem Latini, verbo ex verbo expresso, hospitaleni vo- cant. De hoc intelligendum est illud Virgili i. Aeneid. Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur.

Xenocles, sive Xenocles, Orator clarissimus, patria Adramyctenus, qui Mithridatici belli tempore accusatus: quod in re- gem propentior fuisset, causam non modo suam, sed & toti- us Asiae magno cum laude in Senatu egit. Autor Strabo li- bro 13.

Xenocrates, penultima correpta. [German. Ein Philosophus von Chalcedonia, ein junger Platonis weicher etwas gemachen vnd vnter fertigem verstande gewesin ist.] Nomen philosophi Chalcedonii, auditoris Platonis, qui in Academia Speusippo successit, & viginti quinque annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeo ut quum illum Plato Aristoteli compararet, alterum sicut a- lterum calcantibus indigere diceret. Hic philosophum seve- rissimum fertur extitisse, & adversus omnem voluptatum titil- lationem prius invidus. Cuius rei abunde magnum illud praebuit argumentum, quod Phrygen formosissimam eju- s- tati metentem, a discipulis in lectulum suum submissam & etc.